



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ioannem Pium à tertiana. 266

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

medicinam recusarent. Iamque
 adeo venerat in consuetudinem,
 non mali perferendi, sed opis de-
 sperandæ: cum nouum accessit
 supplicium a dente, qui instabi-
 lis longam quotidie molestiam
 facebat. Ea denique ubi vidit
 has IGNATIO vires esse, decreuit
 indidē suppetias rogare. Adhibet
 igitur ori osculoque autographū,
 quod diximus; & confestim va-
 nescere omnia, densque in statio-
 ne esse, nec minus, quam alij per-
 stare cæpit. Conciliauit ea re IG-
 NATIVS mire sibi duos coniuges,
 gratosque sensit.

266 Quare & paullo post altero
 illos beneficio hilarauit. Nam po-
 stridie quam receperat valetudi-
 nem mater, filius eorum Ioannes
 amisit. Tertianâ quippe, eaq; non
 simplici, expugnatum, quarto
 post die necesse fuit vltimis sacris
 procurare. Inde violentia morbi

N s men-

mentem adorta, omnem eius v-
 fum interceptit. Mox lingua ei in-
 crescere, oculi recedere ac turbidi
 esse, alia omnia non nisi propin-
 qui funeris præfagia videri. Hic
 illi nomen, quod sua IGNATIVS
 manu exarauerat, allatum; preces-
 que inter lacrimas fusæ. Mirum
 ingens! ipso illo temporis pun-
 cto, febris exarmatur; mensque &
 vox ab exilio reuersæ, & oculi in
 pristinam hilaritatem correcti,
 tristia funeris omina mutarunt.
 Atque hæc circiter horam noctis o-
 ctauam accidere. Die postero tem-
 pestius è lectulo surgit adoles-
 cens: medicoque iam velut ad exa-
 nimem redeūti, incolumis occur-
 rit; nullo morbi vestigio notatus.
 267 Bartholomæus Constans, vir
 chirurgiæ peritus, cum equo for-
 tè prolabitur: quo illi casu inci-
 pit elisum infractumque, sæuos
 præter cetera oculorum dolores
 pepe-